¶ Utrū igr̄ oīuȝ silr̄ sit sensus: an alioꝝ alr̄: sicut nūc videt: gust⁹ qdē tactus in tāgendo: alij aūt a longe. Hoc aūt nō est: h̄ durū ⁊ molle p altera sentimus: sicut ⁊ sonabile ⁊ visibile: ⁊ odorabile.

¶ Ex his q̄ dixerat cōpat sensū tact⁹ ad alios s̄sus. Circa q̄d tria facit: q̄r p̄^o ōndit q̄ tact⁹ sentit p mediū extrīnsecum: sic̄ ⁊ alii s̄sus: lȝ h̄ nos lateat. 2° assignat cāȝ hr̄⁹ latentie. 3° dat dr̄iā iter sensū tact⁹ ⁊ s̄sus alios. 2^a ibi⌊ Sed alia qdē a lōge. ⌋3^a ibi⌊ Sȝ dn̄t tāgibile. ⌋ Dic ḡ. utrū igr̄ oīuȝ sēsuū sit silr̄ s̄sus: an alioꝝ sensuū sit s̄sus alr̄. sic̄ nūc vi gustus qdē ⁊ tact⁹ in tāgēdo. hi ḡ sensus nō

sentiũt per mediũ extraneum. alij aũt sensus fiũt a longe .i. per mediũ extraneum: sed lz ita videat: qꝛ alij sensus videnẗ fieri per mediũ extraneũ ⁊ nõ tactꝰ. hoc aũt non est ita: sed durũ ⁊ molle ⁊ cetera tãgibilia sentimus ꝑ altera .i. per media extranea sicut sentimus ꝑ media extranea sonabile visibile ⁊ odorabile. ¶ Deinde cum dicit.

C Sz aliq qdẽ a lõge: alia vo a ꝓpe: ꝓꝑ qd latet: qm oĩa qdẽ sẽtimꝰ ꝑ mediũ: ſ; in his latet ⁊ qdẽ sicꝰ diximꝰ pꝰus: ut si ꝑ pellẽ sentiremꝰ oĩa tãgibilia: ignorato qm ꝓhibet: silr utiq; hieremꝰ sic ⁊ nũc: ⁊ i aq̃: ⁊ in aẽ. Putamus eni nõ ipa tãgẽ: ⁊ nihil eẽ ꝑ mediuz.

C Quia dixerat q tactꝰ sentit ꝑ mediuz extraneũ: sicꝰ ⁊ alij sꝰus: sed ħ nõ vꝫ ⁊ latet nos. assignat cãm q̃re hꝰ nos lateat: ⁊ q̃re nõ sic videat dicẽs: sed alia qdẽ sensibilia sẽtimꝰ a lõge. alia vo ut tãgibilia a ꝓpe ꝓꝑ ħ: qꝛ sic est latet nos: qꝛ oĩa qdẽ sentimus ꝑ mediũ extraneũ: sed latet in his .i. in tãgibilibꝰ. nõ eni vr̃ sentiri ꝑ mediũ extraneum: qꝛ a ꝓpe sentiunẗ: ⁊ qꝛ sicꝰ diximus pꝰus: si ꝑ pelles sentiremus oĩa tãgibilia: ignorato qm pellis ꝓhibet: ⁊ qm pellis se hẽt ut mediũ: silr utiq; hiemus sic ⁊ nũc in aq̃ ⁊ in aere: putamus eniz nũc ipa tãgẽ ⁊ nihil esse mediũ. C Notãdũ aũt q si qs hẽret cyrothecã i manu: nõ tñ cogitaret se hẽe cyrothecã: qcqd tãgeret: tangeret mediãte pelle cyrothice: ⁊ pellis se iterponeret ut mediũ: tñ sic ħ forte ipe nõ aduteret si nõ cogitaret se hẽe cyrothecã: sic existẽtes in aere nihil tãgũt nisi iterponaẗ ibi de aere: attñ ꝓꝑ ꝯsuetudinẽ: ⁊ qꝛ ẽt modicũ interponiẗ ibi de aere: ut tãgũt tãgibilia ex ꝓpinq̃ latet eos q fiat hꝰ tactꝰ ꝑ mediũ extraneũ ut ꝑ aerẽ. ¶ D. c. d.

c.115. **C Sz dĩt tãgibile a visibilibꝰ ⁊ sonatis: qm illa qdẽ sẽtimꝰ: ex eo q mediũ mouet aliqd nos: tãgibilia vo nõ a medio: ſ; silr cuz medio: sicꝰ ꝑ Clipeũ ꝑcussus. nõ eni clipeꝰ ꝑcussus pꝰus ꝑcussit: ſ; silr accit utraq; ꝑcuti**

C Dat diffaz iter sensuz tactꝰ ⁊ alios sꝰus ꝓut cõpaẗ ad hꝰ mediũ extraneũ. ꝯtinueẗ aũt sic. dcm̃ est q in tactu cõcurrit ibi mediũ extraneũ sicꝰ in alijs sensibꝰ: sed differt .i. differt cõpaẗ ad hꝰ mediũ tãgibile a visibilibꝰ ⁊ sonatiuis: qm illa qdẽ .i. visibilia ⁊ sonatia: ⁊ ẽt odorabilia sentimꝰ ex eo q mediũ mouet nos aliqd .i. ſm aliqd. tãgibilia vo sentimꝰ nõ a medio .i. nõ ꝑ meꝰm sicꝰ ꝑcussus ꝑ clipeũ. nõ eni clipeus ꝑcussus est pꝰus q̃ clipeatꝰ: sed accidit simul ꝑcuti utrũq; .i. clipeus ⁊ clipeatum.

Dubitaret forte aliqs. qꝛ vꝫ falsuz eẽ q non pꝰus ꝑcutiẗ clipeus q̃ clipeatũ: qꝛ ex quo ꝑcussio imediatius attingit clipeũ q̃ clipeatũ: ⁊ nõ attingit clipeatũ nisi ꝑ clipeũ: vꝫ q pꝰus attingat clipeũ q̃ clipeatũ. C Dõm q pꝰus ⁊ posteriꝰ quẽdã ordinẽ iportant. ordo aũt q̃ztũ ad pn̄s spectat tripl̃r põt accipi. vz ſm sitũ: ⁊ ſm tꝑus: ⁊ ſm cãlitatẽ: ut apparet in sono: ubi ꝯcurrit iste triplex ordo. ꝯcurrit eni ibi ordo situs. nã aer pꝰo imutatus ab aere pꝰo fracto pꝰor ⁊ ꝓpinquior ⁊ imediatior ſm sitũ est illi aeri q̃ sit aer aliꝰus: ꝓꝑ qd ꝯcurrit ibi ordo situs. 2o ꝯcurrit ibi ordo tẽporis. nã qꝛ sono est ãnexus motꝰ nõ solũ ſm situz: sed etiã ſm tꝑus pꝰus imutaẗ ps aeris pꝰor q̃ posterior: ẽt ꝯcurrit ibi ordo cãlitatis: qꝛ imutatio ꝑtis prioris est cã q̃re imutaẗ ps alia. hi tñ ordines nõ semꝑ se ꝯcomitanẗ. nã imutatione facta ſm visum: lz possit ibi assignari ordo situs. qꝛ vna ps aeris est ꝓpinquior visibili q̃ alia ſm sitũ: ⁊ ẽt qꝛ mediũ est ꝓpinqus obo ſm sitũ q̃ organũ: ⁊ ẽt lz ibi possit assignari ordo cãlitatis: qꝛ causal̃r pꝰus imutaẗ pma ps aeris q̃ scda. ⁊ pꝰus imutatur mediũ q̃ organũ. imutatio eni medij est cã: quare imuteẗ organũ. etiã imutatio ꝑtis pꝰoris est cã: quare imuteẗ ps posterior. in ꝑcussione tñ clipei nõ sic est: qꝛ lz ibi possit assignari ordo situs: qꝛ ſm sitũ clipeus est imediatior ꝑcutiẽti q̃ clipeatꝰ: nõ tñ est ibi ordo cãlitis: qꝛ ꝑcussio clipei nõ est cã ꝑcussionis clipeati: imo si nõ eẽt clipeus fortius ꝑcuteret clipeatus: clipeus ꝗ nõ est cã ꝑcussionis clipeati: imo est ipeditiuus ꝑcussionis eius. vult ꝗ phs dicere q sicut clipeatus ex ea ꝑte qua est clipeatꝰ nõ põt ꝑcuti nisi per clipeũ: ita q clipeus in tali ꝑcussione est mediũ situal̃r nõ causal̃r: qꝛ clipeus nõ est cã: quare ꝑcutiaẗ clipeatꝰ: imo est impeditiuus ꝑcussionis eius: ita qꝛ aial vndiq; hẽt aerez: uel vndiq; hẽt aquã: si sit aial aquaticũ nõ põt tãgẽ aliqd nisi iterponaẗ ibi aer aut aq̃: erit ibi aer aut aqua mediũ ſm sitũ: qꝛ si aqua aut aer se iterponit tactũ ⁊ tãgibile est tãgibile ſm sitũ ꝓpinquius aque aut aeri q̃ tactui: nõ tñ est mediũ ſm cãm: qꝛ aer iterpositꝰ inter tactum ⁊ tãgibile nõ est cã quare tãgibile tãgaẗ a tactu: imo si nõ interponereẗ ibi aer uel aqua formatior esset hꝰi tactꝰ. diffa est ꝗ iter aerẽ ꝓut est mediũ in tactu. ⁊ in alijs sensibꝰ: qꝛ in alijs sensibꝰ ut visu auditu ⁊ odoratu aer est mediuz cãle: qꝛ in talibꝰ sensibꝰ sentimus: eo q mediũ mouet nos. motio eni medij est cã: quare moueamur etiã nos: sed in tactu ut dcm̃ est hꝰi mediũ. nõ est ſm cãm: qꝛ mediũ hꝰi nõ est cã tactꝰ: sed ipedimẽtũ tactꝰ. in talibꝰ ꝗ cãliter simil̃ imutaẗ mediũ ⁊ organuz qꝛ imutatio medij nõ est cã imutatiõis organi. dicamꝰ itaq; q sicꝰ simul .i. nõ pꝰus cãlitate ꝑcutiẗ clipeꝰ q̃ clipeatũ: sicꝰ silr .i. nõ pꝰus cãlitate imutaẗ aer a tãgibili q̃ nos. in visu ꝗ auditu ⁊ odoratu aer est mediũ causale: qꝛ imutatio aeris est causa: quare imuteñ sensus illi. in tactu vo est mediũ solũ ſm sitũ. nõ ſm cãm. argꝰm ãt in ꝯriũ solutũ est per iã dicta. ¶ Deinde cum dicit.

C Omino ãt vꝫ caro ⁊ lingua sicꝰ aq̃ ⁊ aer ad visũ ⁊ auditũ: ⁊ olfatũ se hñt: sic hẽe ad sẽsitiuũ sicꝰ illoꝝ vnũqdq;: ipo ãt sẽsitiuo tacto neq; ibi neq; hic fiet utiq; sꝰus: ut siqs ponat corpꝰ albũ in oculũ ultimũ. Quare ⁊ manifestũ q mẽs sit tãgibilis sensitiuuz. sic eni utiq; accidet q qdẽ i alijs. Apposita eni meꝰ sup sẽsitiuũ nõ sentiũt: sup ãt carnẽ posita sentiũt: q̃re mediũ tactꝰ ẽ caro. c.116.

C Postq̃ phs ostẽdit quõ cõparaẗ ad tactũ medium extraneum. In ꝑte ista declarat quõ cõpareẗ ad tactum mediuz adnatũ ⁊ nãle dicẽs. q oĩno aũt videẗ caro ⁊ lingua sic se hẽe ad sensitiuũ .i. ad organuz sensus tactꝰ sicꝰ se hñt aer ⁊ aqua ad visum ⁊ auditũ ⁊ olfatũ: qꝛ sic .i. silr se hẽt ad sensitiuũ vnũqdq; illoꝝ. ipo aũt sensitio .i. organo sensus tacto: neq; ibi: neq; hic utiq; fiet sꝰus. ut siqs ponat corpus albũ in oculũ. ultimũ .i. ultimate sup. nõ fiet visio ⁊ sup. etiã nõ fieret tactꝰ si poneret corpus tãgibile imediate supra organũ tactꝰ: quare sic est manifestũ q sensitiuũ tãgibilis .i. organũ sensus tactꝰ sit itus .i. nõ sit caro: sed itra carnẽ. sic eni utiq; accidet in tactu qd qdẽ accidit in alijs sensibus. apposita eni illa sensibilia sup sensitiuũ .i. sup organũ sensus nõ sentiũt .i. nõ fit sensus. tãgibilia aũt apposita sup carnem sentiũt .i. fit ibi sensus: quare caro est medium tactui .i. in tactu: nõ organũ. C Notãdũ aũt q lz aer uł aqua i tactu nõ sit mediũ cãle: qꝛ si nõ iterponereẗ ibi nec aer nec aqua magis hẽret eẽ ibi tactꝰ: caro tñ est ibi mediũ cãle: io caro cõparaẗ ad tactũ sicut aer uel aqua cõparaẗ ad visuz odoratũ ⁊ auditũ: qꝛ sicut si non esset nec aer nec aqua: sed imediate ponereẗ visibile audibile uel odorabile sup organũ nõ fieret ibi aliqs illoruz sensuũ: sic si nõ eẽt caro: sed imediate ponereẗ tãgibile

sup organum tactus: nõ sentiremus ipm. ⁊ qd dictuz est de carne uĩter respectu tactus itelligẽdũ est de carne lingue respectu gust⁹. Esset aũt hic dubitãdũ quõ sensibile positũ supra sensuz nõ faciat sensuz: sed de hoc in sequenti lectiõe queretur. ⌈Deinde cum dicit.

c.117 ℭ Tangibiles quidem igit̃ sunt differẽtie corporis sm ꝙ corp⁹. Dico aũt differentias qb⁹ elementa deteminant calidũ: frigidũ: humidũ: ⁊ siccũ: de qbus prius dictum est in his que de elementis.

ℭ Postq̃ determinauit de tactu ⁊ de eo ꝙ est medium in tactu. in pte ista determiat de ipso obo tact⁹. Circa qd duo fac: qr p° narrat que sunt oba tact⁹ ul' qd idem est. pmo ostẽdit que sunt diie tangibiles: ⁊ qmõ tact⁹ immutat̃ ab eis. secũdo ostẽdit ꝙ tact⁹ est cõpositoꝝ: sic̃ ⁊ alij sensus ibi⌊ Amplius aũt sic̃ visibilis.⌋ Circa pmũ duo fac: qr pmo narrat que sunt diie tãgibiles. secũdo oñdit qmõ tact⁹ immutat̃ ab h⁹ differẽtijs ibi⌊ Sensitiuũ aũt.⌋ Dic̃ g̃ ꝙ tãgibiles qdẽ igit̃ q̃litates sunt diie corporis sm ꝙ est corpus. dico aũt differẽtias quib⁹ elemẽta determinãt. i. distinguũt ut calidũ frigidũ humidũ siccũ de qb⁹ dcm̃ est in his que de elemẽtis. i. in libro de gñatiõe. ℭ Notãdũ ãt ꝙ he q̃tuor q̃litates sensibiles sunt diie elr̃oꝝ. determinãt eniz ⁊ distiguũt elr̃a ut pz in 2° de gñatiõe. ⁊ qr in spera actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ nullũ reperit̃ corpus denudatũ ab his qualitatibus sensibilib⁹: dicũt̃ he esse diie ⁊ q̃litates corporis sm ꝙ est corp⁹. ⌈Deinde cum dicit.

ℭ Sensitiuũ ãt ipaꝝ qd tactiuũ: ⁊ in q̃ sẽsus vocat⁹ tactus est primo: ꝙ potentia huiusmodi pars est. ℭ Sẽtire eni pati q̃ddam

c.118 est: Quare faciens quale ipm actu huiusmodi illud facit cum sit potentie.

ℭ Ostendit quõ h⁹ diie tãgibiles hñt imutare sensũ tact⁹: circa qd tria facit: qr p° facit qd dcm̃ est. 2° ex his que dixerat ꝯcludit ꝙ sensus tact⁹ nõ sentit nisi excellẽtias sensibiliũ: ita ꝙ eq̃lr fridũ ⁊ eq̃lr cal'm nõ sentitur a sensu tact⁹. 3° oñdit ꝙ opz sensuz tact⁹ eẽ denudatum a q̃litatib⁹ sensibilib⁹ q̃s sentit. 2ª ibi⌊ Uñ silr calidũ.⌋ 3ª ibi⌊ Et opz.⌋ dicit g̃ ꝙ sẽsitiuũ ipaꝝ q̃litatũ tangibiliũ qd tactiuũ. i. qd est organũ tact⁹: ⁊ est illud in quo p° est sensus uocat⁹ tact⁹ h⁹ sensitiuũ: ul' h⁹ sensus tact⁹ est q̃daz ps corpis que est poª h⁹. i. que est in poª passiua ad h⁹ q̃litates tãgibiles. ꝙ ãt sit in poª passiua ad h⁹ q̃litates tãgibiles: pz: qr sentire est q̃dã pati: q̃re sensibile est faciẽs ipz sensitiuũ h⁹. i. tale q̃le est ipz in actu. illd aũt sensitiuũ facit actu tale cũ sit poª tale: est eni organũ sensus uel sensitiuũ tale in potẽtia quale est sensibile in actu. ⌈Deinde cum dicit.

ℭ Unde silr calidum ⁊ frigidũ: aut durũ ⁊ molle nõ sentim⁹: sed excellentias tanq̃ sẽsu uelut medietate q̃dã existẽte eius que in sensibilib⁹ contrarietatis. Et ppter hoc discernũt sẽsitia sẽsibilia: mediũ eni discretũ est. Fit eni ad utrũq̃ ipoꝝ alteꝝ ultiorũ.

ℭ Ex his que dixerat ꝯcludit sensuz tact⁹ nõ pcipe eque calz ul' eque fridũ: sed solũ pcipe excellẽtias sensibiliũ dicẽs ꝙ silr cal'm fridũ duꝝ ⁊ molle nõ sentimus: sed sentimus solũ excellẽtias tanq̃ sensu existẽte uelut medietate quadã ei⁹ ꝯrietatis que est in sẽsibilib⁹: ⁊ pp h ꝙ sensus tact⁹ est medietas q̃dã sensitiua. i. organa sensus discernũt ipa sẽsibilia: qr mediũ est qd discretiuuz. fit eni ipz mediũ ad utrũq̃ ipoꝝ. i. ad utrũq̃ extremorũ cõpatũ est alteꝝ ultimoꝝ. ℭ Notãdũ aũt ꝙ qr sensus est in poª ad sensibile: cũ eque cal'm uel eque fridũ nõ sit in poª ad aliqd qd eque tale est: sensus nõ pcipit eque cal'm uel eque fridũ: sed excellẽtias tm̃. ℭ Notãdum ẽt ꝙ mediũ cõparatũ ad utrũq̃ extremoꝝ ⁊ alterũ ultimoꝝ ut tepidũ cõparatũ ad fridũ. hẽt rõnẽ calidi ⁊ cõparatũ ad cal'm hẽt rõnẽ fridi: ⁊ qr nõ vnũ ꝯrium nec vnũ extremũ est actu alid medium: nõ est actu aliqd extremoꝝ: sed est in poª ad utrũq̃ ipoꝝ: sensus g̃ qr tenet medietatẽ iter excellẽtias sẽsibiliũ pcipit quãlibet excellentiaꝝ sensibilium tanq̃ aliqd in potentia ad quãlibet ipaꝝ. ⌈Deinde cum dicit.

ℭ Et opz sicut debens sentire album ⁊ nigrum: neutruz ipsoꝝ debere esse actu: potẽtia vero utrũq̃: sic aũt ⁊ in alijs: ⁊ in tactu neq̃ calidum: neq̃ frigidum. c.119

ℭ Oñdit ꝙ opz sensuz tact⁹ eẽ denudatũ a q̃litatib⁹ sensibilib⁹ quas sentit dicẽs: ⁊ opz ꝙ sic̃ debens sentire albuz ⁊ nigrũ eẽ neutꝝ ipoꝝ actu poª vo esse utrũq̃: sic aũt ⁊ in alijs sensib⁹ opz se hẽre ⁊ ẽt in tactu: qr opz tactũ neq̃ fridũ neq̃ cal'm eẽ actu: sed opz utrũq̃ illorũ eẽ in poª si debeat illa pcipere. ⌈Deinde cum dicit.

ℭ Ampli⁹ aũt sic̃ visibilis ⁊ inuisibilis erat quodãmõ visus. Similr aũt ⁊ reliqui oppositoꝝ: sicut tactus: ⁊ tãgibilis: ⁊ intangibilis. Intãgibile aũt paruã oino hñs differentiã tangibiliũ: ut passus aer: ⁊ tangibiliũ excellẽtie sicut corruptiua. ℭ Scdm quidem igitur vnũquẽq̃ sensuum dictuz est figuraliter. c.120 c.121

ℭ Oñdit ꝙ tact⁹ est oppositoꝝ sicut ⁊ alij sẽsus dicens. Ampli⁹ aũt sicut ⁊ visus q̃dãmõ erat visibilis ⁊ inuisibilis. silr ãt ⁊ alij sẽsus erãt oppositoꝝ: sic ⁊ tact⁹ est tãgibilis ⁊ itãgibilis: itãgibile ãt di pũã hñs oino diiaz tãgibiliũ: ut passus, est aer qui hẽt ualde remissas diias tãgibiles: ⁊ ẽt excellẽtie tãgibiliũ sunt intãgibiles: qr sũt sic̃ corruptiua tact⁹. Oñdit aũt q̃si epilogãdo ꝙ sm vnũquẽq̃ igit̃ sensuũ dcm̃ est figuralr. i. ulr ⁊ supficialiter. nã diie de h⁹ sensibilib⁹ magis exq̃site sm vnũquẽq̃ sensum spectat ad librum de sensu ⁊ sensato.

O Portet aũt ulr de oi sensu accipere: qm̃ quidẽ sensus est susceptiuus specieruz sine materia: ut cera annuli sine ferro: ⁊ auro recipit signũ. Accipit aũt aureũ: aut eneuz signum: sed nõ inquãtũ aurum: aut es. Similr aũt ⁊ sensus vniuscuiusq̃ ab habẽte colorem: aut humorẽ: aut sonum patĩ. Sed nõ inquãtum vnũquodq̃ illoꝝ dicit̃: sed inquãtuz huiusmodi est ⁊ sm rationem.

ℭ Postq̃ phs determiauit de ipis sensibilib⁹. in pte ista determiat de ipsis sensib⁹. Circa qd tria facit: qr p° determinat quedã gñalia ⁊ coia oibus sensib⁹. 2° uenat sufficientiã sensuũ: ⁊ pbat ꝙ opz dare aliquẽ cõez sensum. 3° ut plene ualeat determiare de itellectu qui ptinet ad tertiũ librũ distinguit inter intellectũ ⁊ sensuz ⁊ sepat intellectũ a ṽtutibus alijs. 2ª ibi. in sequẽti capitulo⌊ Q. aũt nõ sit sensus.⌋ 3ª ibi. in pncipio tertij libri⌊ Qm̃ aũt duab⁹ differẽtijs.⌋ Circa pmũ duo facit: qr p° facit qd dcm̃ est. 2° mouet quãdã q̃ õnez circa pretacta ibi⌊ Dubitabit aũt aliquis.⌋ sensus aũt sine

potẽtia sensitia ad duo põt cõparari. vz ad obz ⁊ ad or
ganum. ꝯm hoc ergo possunt accipi duo gnalia omni
sensui: quoꝝ vnum sumit respectu obiecti: aliud ṽo re
spectu organi. respectu obiecti quidẽ cõpetit oi sensui
ꝙ sit susceptiuũ spẽrũ sensibiliuz sine mã. respectu ṽo
organi cõpetit oi sensui ꝙ sit qdã potẽtia que idem est
sbo cũ ipo organo: differẽs aũt ꝯm eẽ ⁊ rõnẽ. duo ĝ fa
cit ꝯm ꝙ h duo declarat. pᵒ eniz declarat pᵐ. 2ᵒ 2ᵐ ibi
[Sẽsitiuũ aũt.] Dic ĝ ꝙ opz aũt ulr accipe de oi sen
su: qm̃ sẽus qdẽ est susceptiuus spẽruz sine mã ut cera
recipit figurã ãnuli uel sigilli sine auro ⁊ sine ferro. ac
cipit aũt cera signũ aureũ aut eneũ: sed nõ inq̃ztũ auꝝ
aut es. silr ⁊ sẽus vniuscuiusqꝫ patit ab hñte colorem
aut humorẽ. i. saporẽ aut sonũ: sed non inq̃ztũ dĩ vnũ
qdqꝫ illoꝝ: sed inq̃ztũ est hĩ ꝯm rõnẽ. i. ꝯm formã. pa
ries enĩ colorat⁹ nõ agit in oculũ inq̃ztũ paries: sed ꝯz
ꝙ est hĩ⁹ coloratus: ⁊ ꝯm rõnem ⁊ formã coloris.

Dubitaret forte aliqs: utrũ sẽus sit suscepti
uus spẽrũ sine mã. ⁊ videt ꝙ nõ:
qꝛ aut itelligit sine mã: qꝛ nõ recipit mãm agẽtis: aut
qꝛ nõ recipit formã mõ mali. si itelligit recipe formã si
ne mã: qꝛ nõ recipit mãm agẽtis: h nõ est ꝓpriũ sẽus:
sed ut coiter ponit est cõe oi passo. nã passũ nõ recipit
ab agẽte nisi ꝯm ꝙ agẽs agit. agẽs aũt nõ agit ꝯz mãz:
sed ꝯm formã. vñ passuz nõ recipit ab agẽte mãm: sed
formã. ¶ Rursus nõ põt itelligi ꝙ sensus sit suscepti
uus spẽrũ sine mã: qꝛ nõ recipit formã mõ mali: cum
qcqd recipit in sensu recipiat hic ⁊ nũc: ⁊ p ꝯñs malr.
¶ In ꝯriũ est pħs. ¶ Dõm ꝙ sensuz eẽ susceptiuũ spe
cierũ sine mã triplici via uenari possumus ꝯm ꝙ in oi
actiõe tria est ꝯsiderare. vz agẽs: ⁊ patiẽs: ⁊ modũ agẽ
di. pᵃ ĝ via ad h declarãdũ sumit ex pte passi. 2ᵃ ex pte
agẽtis. 3ᵃ ex pte modi agẽdi. pᵃ via sic pz. nã aliqñ agẽs
assimilat sibi passuz simplr ita ꝙ passuz suscipit nomẽ
⁊ diffõnẽ agẽtis: ut ignis agit i aerẽ: ita ꝙ aer fit ignis
⁊ assimilat sibi ipm. aliqñ ṽo agẽs agit in passuz: ita ꝙ
passũ nõ simplr assimilat agẽti: sed solũ accipit aliquã
silitudinẽ forme exñtis in agẽte: ut corpus termiatũ ⁊
coloratũ agẽs in aerẽ nõ assimilat sibi aerẽ sic ꝙ aer fi
at corpus termiatũ: sed solũ qdã silitudo coloris i ae
re efficit. rõ aũt q̃re aer sic recipit similitudinẽ coloris
exñtis in corpe termiato: ꝙ tñ nõ efficit corpus termi
natũ est: qꝛ mã in aere est alr disposita q̃z in corpe ter
minato: ⁊ qꝛ act⁹ actiuoꝝ sunt in patiẽte ⁊ disposito p
aliã ⁊ aliã dispõnẽ mãe fiet ibi alia ⁊ alia receptio: ita
ꝙ in corpe terminato hẽt eẽ color realr ⁊ mãliter. in ae
re ṽo recipit eẽnẽe ⁊ ꝯm intẽtionẽ. aer itaqꝫ sic assimi
lat corpori colorato accipiens silitudinẽ forme colo
ris: ꝙ tñ nõ assimilat: ita ꝙ hẽat mãm silr dispositam
ad susceptionẽ talis forme. ex pte ĝ ipsi⁹ passi ut ex pte
aeris dicẽ possum⁹ ꝙ h aer susceptiuus forme sine mã
qꝛ sic recipit silitudinẽ forme agẽtis: ꝙ tñ nõ hẽt mãz
silr dispositã agẽti: ⁊ qd dcm̃ est de medio itelligẽdum
est de organo. nã ipe sẽus nõ patit a sẽsibili: qꝛ fiat ipz
sẽsibile: sed solũ accipit silitudinẽ forme sẽsibilis absqꝫ
eo ꝙ hẽat mãm silr dispositã sẽsibili. Quid aũt sentiẽ
dũ sit de sensu tact⁹: qꝛ ibi videt hre instãtiã cũ ibi sen
sibile simplr sibi passuz assimilet: in sequẽti qõne pate
bit: ubi disputabit an sẽsibile positũ sup̃ sensum faciat
sensuz. est ĝ itẽtio pħi ꝙ sicut cera accipit silitudinem
forme exñtis in sigillo ferreo uel aureo: ita tñ ꝙ nõ fit
ferrũ nec aurũ: qꝛ accipit silitudinẽ illius forme: eo ꝙ
mã nõ silr disponit hic ⁊ ibi: nec hẽt mãm silr dispos
tã agẽti: sic visus ul' aer patiẽs a corpe terminato in q̃
est color: sic suscipit silitudinẽ forme coloris: ꝙ nõ effi
cit ipm corp⁹ termiatũ nec ipz obm: qꝛ ex tali actione
sic suscipit formã silez: ꝙ ex h nõ seqt ꝙ hẽat mãm silr
dispositã. iõ dĩ suscipe formã ul' spẽz sine mã. ¶ 2ᵃ via
ad iuestigãdũ hoc idẽ sumit ex pte agẽtis. nã lz agens
pncipalr agat p formã: ⁊ patiẽs patiat p mãz: totũ tñ
cõpositũ agit ⁊ patit: ita ꝙ ipa mã est aliq mõ rõ agen
di: ⁊ forma rõ patiẽdi. sic est ĝ in actionib⁹ realib⁹ que
sunt attribuẽde toti cõposito: sed actiões itẽtionales
nõ sunt attribuẽde cõposito: sed forme. debem⁹ enim
imaginari ꝙ ens p se diuidat in decẽ pdicamẽta. intẽ
tiones aũt nõ sunt in gñe entis p se: sed p accñs ⁊ p re
ductionẽ. in his ĝ que sunt entia p se nõ gñat mã neqꝫ
forma: sed cõpositũ: sed in his q̃ sunt entia p se dicere
possum⁹: ꝙ ipa itẽtio gñat: ⁊ ipa foꝛa gñat. facẽ ĝ silitu
dinẽ coloris in aere magis est ipsi⁹ coloris q̃z totius
cõpositi ul' q̃z sit corpis hñtis colorez. ꝙ aũt hec actio
sit ipsi⁹ foꝛe ⁊ in talib⁹ ipa foꝛa gñet: ⁊ ipa itẽtio gñet
ꝓbare possum⁹ rõne ⁊ signo. rõne qdẽ: qꝛ in illis gña
tionib⁹ in qb⁹ nõ gñat nec mã nec foꝛa: sed cõpositũ
ꝯm eãdẽ spẽm nõ pñt eẽ plures foꝛe in eodẽ sbo: ut nõ
pñt eẽ due albedies in eodẽ sbo ut in gñatione corpis
albi nõ gñat albedo nec corpus: sed gñat totũ cõposi
tũ ut corpus albũ. nõ eni possum⁹ ponẽ plures gñatio
nes tales silr nisi ponam⁹ plura corpa. nã si gñaret ipsa
albedo sufficeret ad saluãdũ plures gñatiões albedis
ul' ad saluãdũ plures albedies: ⁊ tñ nõ oporteret dare
pluralitatẽ corpoꝝ alboꝝ. nũc aũt opz: ꝙ nõ est itelli
gibile ꝙ gñet corpus albũ ⁊ sint plures gñatões tales
silr: ⁊ nõ sint plura corpa alba: sed in gñatiõe itẽtionuz
nõ sic se hñt: qꝛ itẽtiões nõ recipiũt nũm ex sbo. in eo
dem eni pũcto aeris pñt eẽ plures itẽtiões albedis so
lo nũo dñtes: qd eẽ nõ posset si in tali gñatiõe nõ gña
ret forma: sed cõpositũ. si eni nõ gñaret itẽtio ul' foꝛa i
tẽtionalis: sed gñaret corpus formã hñs: eẽ nõ posset
ꝙ eẽnt plures tales gñatiões: ⁊ tñ nõ eẽnt plura corpa
hñtia itẽtionales formas: q̃re nunq̃z i eadẽ pte corpis
eẽ possent eiusdẽ forme plures itẽtiones. ¶ Probat
etiã h idẽ signo ex eo ꝙ in talib⁹ genitũ oino assimilat
gignẽti: sed de h forte alibi locus erit ad pñs aũt scire
sufficiat: ꝙ qꝛ in gñatiõe itẽtionũ ex pte passi ipa foꝛa
gñat: opz ꝙ ex pte agẽtis ipa foꝛa gñet. in talib⁹ ĝ pas
suz suscipit spẽm sine mã: qꝛ est ibi gñatio spẽi uere ge
neratio forme nõ gñatio cõpositi ex mã ⁊ foꝛa. põt tñ
hec rõ adaptari ad agẽs sicut pᵃ adaptabat ad passuz.
ut dicamus ꝙ in gñatiõe itẽtionũ agit ipa foꝛa ⁊ non
agit totũ cõpositũ ex mã ⁊ foꝛa: ⁊ qꝛ sicut agens agit:
sic patiẽs patit ⁊ recipit ĩfluẽtiã agẽtis: ⁊ sic hĩ⁹ actio
est a forma sine mã: sic dĩ passũ in tali actiõe sine mã re
cipe formã. hoc aũt satis innuit pħs cũ ait ꝙ sensus pa
tit ab hñte colorẽ aut humorẽ: nõ inq̃ztũ vnũqdqꝫ illo
rũ dĩ: sed inq̃ztũ est hĩ⁹ ꝯm rõnẽ. i. ꝯm formã. ¶ 3ᵃ via
sumit ex pte modi. nã qꝛ in actiõe sẽsibili forma alr est
in agẽte ut in obo sẽsibili: qꝛ est ibi mãliter ⁊ realiter.
alr ṽo est in sensu: qꝛ est ibi ꝯz itẽtionẽ dĩ sensus susce
ptiuus spẽrũ sine mã: qꝛ spẽs in sensu non suscipit illo
mõ mãli ⁊ reali q̃ existit in obo sẽsibili. ¶ Est aũt dili
gẽter aduertẽdũ ꝙ pme vie due tacte sunt rõ ⁊ cã hui⁹
vie tertie assignate. nã qꝛ in actiõe sensibili alr est mã
disposita in passo q̃z in agẽte: ⁊ ẽt qꝛ actio illa est ipsi⁹
forme: ide est ꝙ forma suscepta in passo ul' sensu nõ ha
bet eũdẽ modũ eẽndi quẽ hẽt i agẽte ul' in obo. qd ṽo
obijciebat ꝙ hoc est cõe oi agẽti ꝙ agat ꝯm formã: nõ
ꝯm mãz: ⁊ p ꝯñs est cõe oi passo ꝙ recipiat formã sine
mã. ¶ Dõm ꝙ in actionib⁹ realib⁹ lz uerꝝ sit ꝙ a foꝛa
ille sint pncipalr: tñ totũ cõpositũ agit: ita ꝙ nõ est ue
rũ ibi ꝙ agat forma sine mã: ⁊ sicut ibi nõ agit forma
sine mã: sic passuz nõ recipit formã sine mã: sed recipit
formã illo mõ mãli quo in agẽte existit. in actionibus
ṽo itẽtionalib⁹ que attribuunt forme nõ cõposite ibi
quodãmõ agit forma sine mã ⁊ passum recipit quodã
mõ formã sine mã: qꝛ nõ recipit formã illo mõ mãli q̃
in agẽte existit. ¶ Qd ṽo ulteri⁹ addebat ꝙ sensus re
cipit formã mõ mãli: qꝛ recipit eã cum ꝯditionib⁹ hic

⁊ nūc: dici debet ꝙ nō est itētio ꝙ sēsus nō recipiat formā mō mālr: qꝛ nō recipiat eā cū ꝯditionibꝰ: sed qꝛ recipit eā mō itētionali nō illo mō mālī quo est in obō.

Ulterius forte dubitaret aliqs utrū sensibile positū sup̄ sensuz faciat sensuz. ⁊ videt ꝙ sic: qꝛ si icidat neruus fit ibi maior dolor: qḋ nō eēt nisi ex applicatiōe lesiui ad neruū resultaret ibi sensus tactus. ℂ Pꝛ. si aer coloraret realr ⁊ nō itētionalr tn̄: idē eēt applicare aerē oculo ⁊ applicare ei obꝫ: cuz ſm hypostasim hāc color eodē mō fit in aere sicut ⁊ in obō: q̄re cum caro realr calefiat: ⁊ ex carne realr calefacta: que est neruo applicata resultet ibi sensus tactꝰ: videt sensibile ꝙ positū sup̄ sensuz faciat sensuz. ℂ Dicēdū ꝙ sensibile positū supra sensuz nō facē sensuz hēt spālem rōnē ex pte visus. nā si corpus terminatū in q̄ est color tanq̄ȝ in sbo ponat sup̄ oculū obūbrabit aerē aere aūt obūbrato nō multiplicat color ut recipiat in oculo: qꝛ ut dcm̄ est color est motiuus lucidi ſm actū: hāc āt rōnē tetigit pħs supra in capᵒ de visu. ubi dixit ꝙ qꝛ color est motiuus diaphani ſm actū: iō si qs ponat hūs colorē supra visuz nō videbit: ſꝫ hec rō est spālis in visu: cuz ḡ h̄ sit cōe oī sensui ꝙ sensibile positū supra sensuz nō faciat sensuz: opꝫ assignare cōez rōnem: quare h̄ ꝯtingat. triplici ḡ via h̄ uenari possumus. q̄ꝝ pᵃ sumit ex parte obi agētis. 2ᵃ vō ex pte modi accipiendi actionē illaz. ⁊ 3ᵃ ex pte sensus qui suscipit actionem ⁊ impssionē. pᵃ via sic pꝫ. nā in impssione facta i sensu est duplex gn̄atio. vna q̄si equoca. alia q̄si vniuoca. nā pᵒ ab obō in quo hēt esse forma ⁊ spēs realiter multiplicant spēs intētionalr: ⁊ hec est q̄si gn̄atio equoca cum ex reali gn̄et itētionale. Ulteriꝰ aūt ab illa itētiōe facta gn̄at itētio alia ⁊ hec est gn̄atio q̄si vniuoca cū ex itētione gn̄at itētio. cum ḡ mediū magis sit susceptiuū impssionis q̄ȝ organuz: ut caro: qꝛ minus est cōpacta q̄ȝ neruus magis susceptiua est hꝰ impssiōis: ⁊ aer: qꝛ magis diaphanus habilꝰ suscipit itētiōes coloris q̄ȝ oculus: dicemus ꝙ qꝛ gn̄atio vniuoca est habilior ⁊ ꝯuenīētior q̄ȝ equoca: organū: qꝛ nō sic habile est ad suscipiēdū hꝰ impssiōes ut mediuz imediate nō poterit recipe ab obō ut fiat ibi impssio equoca: sed immediate recipiet a medio ut fiat ibi impssio quodāmō vniuoca. possumus dare euidēs signū ꝙ in talibꝰ habilior sit gn̄atio vniuoca q̄ȝ equoca: ⁊ ꝙ habilꝰ gn̄et intētio a spē intētionali q̄ȝ a reali. nā in nocte si illumiet aer qui est iuxta librū nō aūt sic illumiet aer qui est iuxta oculū optime qs legē poterit ⁊ lr̄e multiplicabūt similitudinē suā usq̄ȝ ad oculū. si aūt fieret econuerso ut illuminaret aer qui est iuxta oculuz: ⁊ nō ille qui est iuxta librū ul' iuxta aliā rē visam: tūc res illa visibilis nō videret: ⁊ nō multiplicaret similitudinē suā in aere: cum ḡ lumē nō reqrat ppter ipos colores ſm se: sed ppter dispōnē mediȷ̄ ut supius tāgebat: ad mlīplicationē hāc itētionalē reqrit maior dispō in illa pte mediȷ̄: que est iuxta rem visam: ubi a spē reali multiplicat intētionalis q̄ȝ in alia pte mediȷ̄ magis distāte: ubi a specie intētionali multiplicat intētio: ⁊ qꝛ opꝫ esse ualde habilis receptionis qḋ a spē reali pōt imediate recipe itētionalem imutationē: qꝛ hāc tantā habilitatē nō iuenimus in organo: sed in medio. ex pte itaq̄ȝ ipsiꝰ sensibilis in q̄ hēt spēs realr esse: pꝫ ꝙ sensibile positū supra sensuz nō facit sensuz: qꝛ organū est magis cōpactū ⁊ est magis inhabile ad suscipiēdū impssionē q̄ȝ mediū. iō pp hanc inhabilitatē nō pōt imediate imutari ab obō: sed opꝫ ꝙ pꝰus mediū imutet ab obō sensibili ⁊ a medio imutato imutat etiā organū. ℂ 2ᵃ via ad iuestigādū h̄ idē sumit ex pte modi recipiēdi. nā spēs itētionalis sensibilis ut coiter ponit spūaliori mō recipit in organo q̄ȝ in medio. ista aūt tāta spūalitas nō pōt imediate deriuari ab obō ubi hēt eē spēs non spūaliter: sed mālīter. pꝰus igit imutabit mediū ubi hēbit eē spēs nō sic mālīter ut i obō. ⁊ postea a medio mutato imutat organū ubi hēbit esse spēs spūaliori mō q̄ȝ in medio. ℂ 3ᵃ via sumit ex pte ipsius sensus. nam cuz ipe sensus hēat rōnem cuiusdā medietatis ⁊ pportionis opꝫ ꝙ quodāmodo pportionato imutet ab obiecto: quare sicut requiritur ibi debita pportio obā. ita ⁊ debita pportio mediȷ̄. nā sicut ex obiecto nimis excellēti nō fit sensus: sed tollit sic ex obiecto nimis remisso ⁊ debili etiā nō fit sensus: qꝛ utrūq̄ȝ est isensibile tam nimis excellens q̄ȝ nimis remissum: opꝫ ergo eē obm pportionatuz ut fiat sensus. sic etiā opꝫ esse pportionatū ⁊ mediū. nam si nimis distet nō fiet sensus: ⁊ etiam si sit nimis ppinquum: ut si ponat sensibile supra sensuz nō fiet sensus: qꝛ utrobiq̄ȝ non reseruat illa pportio ⁊ illa medietas que ex sensu requirit. posset etiā assignari ⁊ quarta rō qꝛ si sensus posset iudicare de obiecto imediate supra ipm posito quodāmō esset supra se ꝯuersiuus: qḋ nulli virtuti corporali pōt cōpetere: ut patet per proculum in libro de elemētatione theoᶜᵃ. ℂ Qḋ vō arguebat de neruo inciso. Dōm ꝙ ex eo qḋ applicat cultellus uel aliqḋ lesiuū ad neruū qui est organuz sensus nō fit sensus: sed qꝛ illi neruo est caro cōiuncta imutatio illa sensibilis dolorē causans nō imediate i neruo: sed mediāte carne neruo cōiuncta imutat neruus. naꝫ si esset neruus in aliqua sui parte sic separatus a carne ꝙ posset tangi neruus absq̄ȝ carne ex tali tactu nō fieret sensus: ꝙ aūt fit maior dolor ex incisione nerui non est ꝙ neruus imediate sentiat: sed qꝛ ex tali incisione fit ibi maior cōcursus caloris ⁊ spirituuz: fit ibi maior doloris sensus. ℂ Qḋ vō addebat de carne calefacta debet dici ꝙ caro imutat a corpore calido uel frigido realr ⁊ intentionalr: sed ex eo ꝙ imutat realiter non fit sensus: imo talis imutatio est impeditiua sensus. fit autēȝ sensus ex eo qḋ imutat intētionaliter. nā si posset esse fortis imutatio intētionalis absq̄ȝ reali: maior eēt ibi delectatio: si imutatio illa fieret ab obō cōueniēti: uel etiam maior dolor ⁊ afflictio si fieret ab incōuenienti: qḋ si bene intelligit deseruit nobis theologie: quomō pati habet anima sepata: de qua diffusius dicē pñs speculatio non requirit. [Deinde cum dicit. t.122

ℂ Sensitiuū aūt pmū est in quo huiusmodi potētia. Est quidē igit idem: sed esse alterum est. Magnitudo quidē eniȝ quedā erit: q̄ sensus patitur. Non sensitiuo esse: neq̄ȝ sensus magnitudo est: sed ratio quedam ⁊ potentia illius.

ℂ Assignat aliḋ qḋ est cōe omni sensui per compationē ad organū. nā oīs sensus tanq̄ȝ in sbō fundat pꝛīō in organo: ⁊ est idē cum organo sbō: qꝛ nō hēt aliud imediatū sbm q̄ȝ organū: sed differt ab organo sbō ſm esse diffinitū ⁊ ſm rōnem: qꝛ alia est rō potētie sensitiue: ⁊ alia organi. duo ḡ facit: qꝛ pᵒ facit qḋ dcm̄ est. 2ᵒ ex dictis ꝯcludit quasdā ueritates eoꝝ que possent dubitari circa sensuz ibi [Manifestū aūt ex his.] Dicit ḡ ꝙ sensitiuū. i. organū sensus est illud in quo est hꝰ potentia sensitiua. est qdē igit hꝰ organū sentiēdi idem suppō cum ipsa potētia sensitiua siue cum ipso sensu: sed esse. i. ſm esse diffinitiuuȝ ⁊ ſm rationē alterum est. nā ipsum organum qḋ patit sensus uel quod patitur sensum. i. quod suscipit sensum est magnitudo quedam: non tamen esse sensitiuo. i. esse sensitiui: uel ut hēt alia littera esse organi. i. ratio organi: supple est eadem ꝙ ratio sensus: quia magnitudo ⁊ organum non est ipse sensus. neq̄ȝ sensus est ipsa magnitudo: sed sensus est quedā ratio: ⁊ quedā potentia illius. i. magnitudinis uel organi. [Deinde cum dicit.

c.123. ¶ Manifestū aūt ex his: ⁊ ꝓpter qd sensibiliū excellētie corrūpunt sensitiua. Si nāq3 sit fortior sensitiuo mot⁹ soluit rō: hoc aūt erat sensus: sic̄ ⁊ simphonia ⁊ tonus ꝑcussis fortiter chordis.

¶ Ex p̄missis ꝯcludit q̄sdā ueritates circa ipos sēsus. de qb⁹ ueritatib⁹ dubitari posset: ⁊ duo facit f̄m ꝙ duas tales ṽtutes cōcludit. 2ª ibi ⌊ Et ꝓpter qd plante. ⌋ Dicit ergo ꝙ manifestū aūt ex his est ⁊ ꝓpter qd excellētie sn̄sibiliū corrūpunt sensitiua. i. sensus: q2 si nāq3 sit fortior mot⁹ sensitiuo. i. q̄3 sensitiuū uł q̄3 organū sit aptum natū sustinē soluit ratio. i. non reseruat ibi debita ꝓportio: sed sensus erat hoc. i. erat quedā ratio ⁊ q̄dā ꝓportio. sicut tollit simphonia ⁊ tonus nimis fortiter ꝑcussis chordis: sic supple tollit sensus si ab excellenti obiecto nimis fortiter imutatur organū.

Dubitaret forte aliqs quō excellētie sensibilium corrūpūt sensuz. ¶ Dōz ꝙ excellēs sensibile tollē sensuz q̄ztū ad p̄sens spectat dupl'r pōt itelligi. S3 ꝙ sensus duo nolare pōt. nā ipa actio uł ipm iudiciū qd hēm⁹ de re sensibili sensus nolari pōt. ⁊ sic accipit sensus a pho cū dic̄ ꝙ sensibile positū sup sensum nō facit sensuz. ex tali eni appōne nō fit sensus: q2 nō fit ibi iudiciū de re sensibili. 2° mō pōt accipi sensus pro ipa ṽtute uł pro potētia sensitiua. ⁊ sic accipit in hoc caplō cū di ꝙ sensus non est magnitudo: sed est potētia magnitudis. excellēs ergo sensibile utroq3 mō corrumpit ⁊ tollit sensuz. p° eni tollit sensuz: q2 tollit iudiciū de re sensibili. nā ꝓpter excellēs sensibile nimis fortiter mutato organo non possumus bñ iudicare de obō sensibili: ut ꝓpter nimiū splendorē solis nō possumus per visuz bene iudicare de ipo. 2° excellens sensibile corrūpit sensū: q2 corrūpit ipā potētiā sensitiuā. nā qs posset solez tm̄ aspicē ꝙ efficeret cecus ⁊ nunq̄3 videret: imo q2 aspiciēdo solez nō solū nō bñ possum⁹ iudicare de sole: imo ēt de alijs obiectis ad tp̄s nō bñ iudicam⁹ uł etiā simpl'r visum amitteremus: possem⁹ dicē ꝙ per excellēs sensibile tripl'r tollit sensus. p° eni tollit sensus: ut circa quātū ad ipz excellēs obz q2 nō bñ possum⁹ iudicare de ipo. 2° p excellēs sensibile tollit sēsus ad tp̄s q̄ztū ad alia oba: q2 aspiciēdo solē ad tp̄s nō bñ possum⁹ iudicare de alijs obiectis. Nā ꝓpter fortē impressionē lucis factā in oculo per aspectuz solis nō videmus alia oba sicuti sunt: sed qcqd cernim⁹ vi nobis videre cū q̄dā viriditate: uł cū quodā aliq̄ alio colore lucido supfuso. 3° excellēs sensibile pōt tollere sensum nō solū ut tūc quātū ad ipz obm: uł etiā ad tēpus quātuz ad alia obiecta: sed etiā ut semper: q2 pōt oīno sensum corrumpe: sed de hoc diffusius tractabimus in 3° ubi reddem⁹ causam: quare excellens intelligibile nō corrumpit intellectum sicut excellens sensibile corrūpit sensum. ⌈ Deinde cum dicit.

c.124 ¶ Et ꝓpter qd plante nō sentiūt habētes quādā ꝑtem animalē: ⁊ patiētes a tāgibilib⁹. Et nāq3 frigescūt ⁊ calescunt. Causa eni nō hr̄e medietatē: neq3 hr̄ p̄ncipium pot̄e est recipe spēs sn̄sibiliū: sed pati cū mā.

¶ Cōcludit aliā ṽitatē ex dictis. ꝯtinuet aūt sic. manifestū āt pōt eē ex dictis nō solū ꝓpter qd excellētie sensibiliū corrūpūt sensuz: sed etiā ꝓpter qd nō sentiūt plāte hn̄tes quādā potētiā aīalē: ut uegetatiuā: ⁊ etiā patiētes a tāgibilib⁹ frigescūt ⁊ calescūt plāte. subdit ꝙ causa eni sup. q̄re plāte nō sentiūt est nō hr̄e medietatē neq3 hr̄ p̄ncipiū sensitiuū possibile recipe spēs sensibilium: sed solū pati cū materia. i. mō mālī. ¶ Notāduz aūt ꝙ plante l3 habeāt aliquā ꝑtē aīe: q2 hn̄t uegetatiuā: ⁊ l3 patiant a q̄litatib⁹ tāgibilib⁹: tn̄ q2 sūt nimis terrestres: ⁊ nō hn̄t cōplōnē reductā ad illā medietatē quam requirit sensus. ideo ꝓpter suam terrestreitatez nō patiunt nisi mō materiali sicut ⁊ patiunt lapides: ⁊ ideo sentire nō possunt. ⌈ Deinde cum dicit.

¶ Dubitabit aūt aliquis si patiat aliqd ab odore: qd impōle est olfatuz hr̄e: aut a colore nō possibile videre: sil'r aūt ⁊ in alijs. c.125

¶ Mouet circa p̄tacta questionē q̄zdā: ⁊ est q̄stio utrum nō hn̄s sensuz possit pati a sensibili: ut utz nō hn̄s olfatū possit pati ab odorabili. circa qd duo facit: q2 p̄mo ꝓponit h⁹ qōnē. 2° exequit de ea ibi ⌊ Si aūt olfatibile. ⌋ Dic̄ g̃. dubitabit aūt aliqs si patiat aliqd ab odore qd nō pōe ē olfatū hr̄e: aut si patiat a colore qd nō possibile est vidē: similiter ⁊ in alijs sensib⁹ dubiū est si patiatur aliquid ab alijs sensibilibus quod non habet alios sensus. ⌈ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt olfatibile odor: si aliqd facit olfatū odor facit. Quare ipossibiliū olfatū hr̄e nihil ipōe pati ab odore. Eadē aūt ratio ⁊ in alijs: neq3 possibilium: sed inquantuz vnumquodq3 sensitiuum.

¶ Exeqtur de qōne ꝓposita: circa qd tria facit: q2 p° arguit ad partē f'lam. 2° ōndit nō esse eandē rōnē de q̄litatibus tangibilibus: ⁊ de alijs. 3° soluit ad rōnes ꝓpositas. 2ª ibi ⌊ S3 tāgibilia. ⌋ 3ª ibi ⌊ Ergo nec ⁊ illa. ⌋ Circa p̄m duo facit f̄m ꝙ duas rōnes adducit ostēdens ꝙ nō hn̄s sēnz nō patit a sn̄sibili ibi ⌊ Sil'r āt maīfestū. ⌋ dicit g̃. si aūt odor est qd olfatibile: si aliqd facit olfatū. odor facit. q̄re ipossibiliū olfatū hr̄e nihil ipossibile pati ab odore: eadē aūt rō est ⁊ in alijs sn̄sibilib⁹: q2 neq3 possibiliū. i. neq3 ꝯtingētiū: uł neq3 q̄rūcūq3 idifferēter sup. est pati ab obō sn̄sibili: sed patit ab obō h⁹ inq̄ztū est vnūqdq3 sn̄sitiuū. i. hn̄s sensum. ⌈ Deide cū dicit

¶ Sil'r āt manifestū est ⁊ sic. neq3 eni lumē ⁊ tenebra: neq3 sonus: neq3 odor qcq̄3 facit in corpa: sed in ea in qbus est: ut aer qui cum tonitruo scindit lignum. c.126

¶ Adducit ad hoc idē aliā rōnē. d. sil'r aūt manifestuz est ⁊ sic. i. per hāc rōnē sequētē ꝙ hec oba sensibilia nihil agūt nisi in ea que hn̄t sensum: q2 neq3 lumē ⁊ tenebra neq3 sonus: neq3 odor nullū facit. i. nihil facit i corpa nisi in sensu tm̄: sed ea in qb⁹ est son⁹: ut aer in quo hēt eē sonus: facit: qui cū tonitruo scidit lignū. ¶ Notādū aūt vim rōnis h⁹ in hoc ꝯsistē: ꝙ q2 sonus ⁊ odor ⁊ talia p se nisi faciūt in corpe: sed solū in sensu nihil patit a sono uł ab odore uł ab aliq̄ h⁹ q̄litate nisi qd hēt sensuz. ¶ Notādū ēt ꝙ l3 dubiū sit: utz son⁹ uł aliq̄ h⁹ q̄litas p se possit aliq̄ facē in corpe: tn̄ nō est dubiū ꝙ pōt facē p accn̄s: q2 sonus rōne aeris in q̄ fūdat: q2 fūdat in aere f̄m motū: aer in q̄ est sonus ꝑ motū annexū pōt ligna scidē. sonus ergo scindit lignū per accn̄s: sed aer mot⁹ scindit ipm per se. ⌈ Deinde cum dicit.

¶ Sed tangibilia ⁊ humores faciunt. Si enim non a quo utiq3 patientur inanimata ⁊ alterabuntur.

¶ Ōndit ꝙ nō est eadē rō de q̄litatib⁹ tāgibilib⁹ ⁊ de alijs. d. sed tangibilia ⁊ hūores. i. sapores faciūt aliqd in corpa: q2 si nō: a quo utiq3 patient inaīata ⁊ alterabūtur. q. d. ꝙ nisi corpa paterent a q̄litatib⁹ tāgibilibus: nō eēt dare a q̄ pati possent. ¶ Notādū aūt ꝙ cū querit utz q̄litates sensibiles aliqd agant in corpe nō est

itelligēdū de q̄litatib⁹ tāgibilib⁹: q2 de illis nō ē dubiu3: s3 de q̄litatib⁹ que sūt obīa alioꝝ sēsuū. ¶ Notādū etiā ꝙ hūores .i. sapores agūt in corpa rōne q̄litatum tāgibiliū in qb⁹ fundanť: q2 ut sup̄ dicebať: gustus est qdā tact⁹: ꝛ gustabile qddā tāgibile est. ⌈ Deīde. c. d.

c.127 ¶ Ergo nec in illa faciūt. ¶ Aut nō omne corpus passiuū ab odore ꝛ sono: ꝛ patientia indeterminata nō manent: ut aer. fetet enim sicut patiens aliquid.

¶ Soluit ad qōnē factā. ¶ Ad cui⁹ euīaᵐ sciēdū ꝙ q̄litates sēsibiles alie a tāgibilib⁹: cuiusmodi sūt odor son⁹ ꝛ color nō simplr agūt in corpa: agūt tn̄ in q̄dā corpa ut in organa: ꝛ ēt i media: eo ꝙ sūt ualde passiua: ꝛ q2 ip̄e aer q nō sentit patiť ab odore: rōnes ꝑus facte qd nihil patiť ab odore ul' a colore nisi qd hēt sensum: cōcludebāt falsu3 ꝛ soluēde sūt: ꝛ q2 due erāt ille rōnes: duo fac phs: q2 p̄° soluit rōnē scdā3. 2° soluit ꝑmā ibi. ⌊ Quicqd igiť est odorare. ⌋ dicit aūt. ḡ nec ꝛ illa. i. ille alie q̄litates ut odor sonus ꝛ talia faciūt aliqd in corpore. ꝛ rūdet ꝙ aut nō oē corp⁹ est passiuū ab odore ꝛ sono: ꝛ que sunt passiua ab odore ꝛ sono sunt indeterminata: ꝛ nō manēt: q2 talia que patiunť a talib⁹ q̄litatib⁹ nō manēt: q2 sunt ualde fluxibilia ꝛ ualde passiua: ut aer q est ualde fluxibilis ꝛ ualde passiuus patiť ab odore: q2 fetet sicut aliqd patiēs. ¶ Notādū aūt ꝑ uerba solutā eē rōnē scdam. nā cū dicebať ꝙ neq3 lux neq3 sonus neq3 odor nihil facit in corpa nisi ꝑ accn̄s: uerū est ꝙ ꝑ se h̄ nō pn̄t agere in corpa: quecūq3 tn̄ bn̄ pn̄t aliquid facere corpora bene passiua ut in aerem ul' etiam in aquam. ⌈ Deinde cum dicit.

¶ Quid igiť ē odorare ꝑter pati aliqd: aut odor sētire ē. Aer āt patiēs h̄ mox sēsibil' fit

¶ Soluit rōnem ꝑmā. d. qd igiť est odorare ꝑter pati aliqd. in h̄ eni stabat rō p̄ᵃ: ꝙ q2 idem est odorare qd pati ab odore: idō nihil patiť ab odore nisi qd odorat. hec āt rō soluiť ꝑ iterēptionē: q2 non est idē odorare qd pati ab odore: sed idē est odorare qd sentire odorē. mlta tn̄ pn̄t pati ab odore q̄ nō sentiūt odorē ut aer. idō sb̄dit ꝙ aut odorare est idem qd sentire odorē. aer aūt est patiens hoc. i. patiť ab odore: nō tn̄ sentit odorē: sed mox fit sensibilis per h⁹ᵗ passionē. ¶ Notādū ꝙ nō quicqd patiť ab odore sentit odorē. sed qcquid ab odore patiť uel sentit odorem ꝛ habet sensum ut organum uel est quid sensibile ꝛ est imutatiuum sensus ut medium.

c.128 Q Uoniā aūt nō sit sensus alius ꝑter quinque. Dico aūt hos visum: auditum: olfatum: gustum: tactū. Ex his credet aliquis.

¶ Postq̄3 phs determiauit q̄dā coīa circa oē3 sensu3. In ꝑte ista vult ꝓbare sufficiētiā sensuū ondēs eē qnq3 sensus ꝛ nō plures. pōt autē hec ꝑs diuidi in q̄tuor ꝑtes: q2 p̄° iuestigat sufficiētiā sensuū ꝑticl'ariū. 2° ex sensib⁹ ꝑticularib⁹ iuestigat eē sensu3 cōe3. 3° sepat ꝛ distiguit sensu3 ab itellectu. 4° icipit determiare de ip̄o intellectu siue de ip̄a ꝑte itellectia. 2ᵃ ꝑs icipit ibi ⌊ Qm̄ āt sētimus. ⌋ 3ᵃ ibi ⌊ Qm̄ aūt duab⁹ difiis. ⌋ 4ᵃ ibi ⌊ De ꝑte aūt aie. ⌋ Dubitať aūt ab aliqb⁹ ubi icipiat terti⁹ liber. Ad qd dicūt ꝙ apud grecos icipit hec. Q aūt non est sensus: ꝛ ut aiūt h̄ rōnabilr factū est: q2 ab isto cap° ultra icipit phs ingrere de itellectu: sed cu3 in hoc cap'lo nulla mētio fiat de itellectu. sed ab illo cap'lo: qm̄ autē duab⁹ difiis icipiat phs distiguē itellectū a sensu: ꝛ postea in cap'lo sequēti ut in illo cap'lo. de ꝑte aūt aie. icipiat determiare de itellectu. terti⁹ liber ul' icipiet in illo loco. Qm̄ aūt duab⁹ difiis. ul' icipiet ibi. De ꝑte aūt aie. ꝙ si apud grecos iueniť h̄ ititulat⁹ terti⁹ forte fuit error scriptoris scribētis ꝛ ititulātis. supposito aūt q hic nō icipiat terti⁹ liber: ꝑs ista in qua determinať de sufficiētia sensuū pōt diuidi in ꝑtes duas. q2 p̄° probat phs hi⁹ sufficiētiā ex ꝑte sensibiliū ꝓprioꝝ. 2° ꝓbat eā ex ꝑte sensibiliū coiu3 ibi ⌊ At vo neq3 coiu3. ⌋ Circa ꝑmū duo facit: q2 p̄° ꝓponit qd intēdit. 2° declarat ꝓpositū ibi ⌊ Si eni ois. ⌋ Dicit ḡ. ꝙ aūt non sit sensus alius ꝑter qnq3. Dico aūt hos. i. ꝑter hos qnq3 ut preter visum: auditum: olfatum: gustum: tactum: credet aliquis ex his. i. ex dicendis. ⌈ Deinde cum dicit.

¶ Si eni ois cui⁹ ē sēsus tact⁹: ꝛ hūc: ꝛ hūc sensū hēm⁹. Oēs eni tāgibiles inq̄3tū tāgibiles passiōes: tactu nobis sēsibiles sunt.

¶ Declarat ꝓpositū ꝛ itēdit talē rōnē. qcūq3 hēt h̄ organū cog̈scit hec sensibilia: ꝛ hēt hūc sensu3: ꝛ qui hēt oē organū cog̈scit oia sensibilia: ꝛ hēt oēs sensus: ꝛ q2 sic est nō pōt nobis deficē sensus aliqs nisi nobis deficiat aliqd organū. ḡ a destructiōe ɔn̄tis si nobis nō deficiat aliqd organū nō deficiet aliqs sensus. nullus ḡ sensus est qui nō hēať a nobis uel qui nō hēať ab aialib⁹ ꝑfectis: sed nos nō hēmus nisi hos qnq3 sensus. ergo nullus est sensus ꝑter hos qnq3. sunt itaq3 qnq3 ꝛ non plures. fundať aūt hec rō sup trib⁹ ꝓpōnib⁹. q̄rū p̄ᵃ est: ꝙ qui hēt h̄ organū cog̈scit hec sensibilia: ꝛ hēt hunc sensu3. 2ᵃ est: ꝙ cui deficit aliqs sensus ei deficit aliqd organū. 3ᵃ est ꝙ q2 aialib⁹ ꝑfectis ꝛ maxie nobis non deficit aliqd organū: ḡ nec aliqs sēsus. he aūt tres ꝓpōnes se hn̄t ꝑ ordinē. q2 2ᵃ seqť ex p̄ᵃ. ꝛ 3ᵃ ex 2ᵃ. nam ex hac ꝓpōne. si habes hoc organū cog̈scis hec sēsibilia ꝛ hēs hūc sensū. seqť ꝙ si hēres aliud orgaᵐ cog̈sceres alia sēsibilia ꝛ hēres aliū sensu3. q2 ḡ hēs organa: tot gn̄a sensibiliū cog̈sces ꝛ tot habes sēsus. si ḡ nō deficit tibi aliqd organū nō deficiet tibi aliqs sēsus: ꝛ si tibi deficiat aliqs sēsus: op3 ꝙ tibi deficiat aliqd orgaᵐ. ista ḡ ꝓpō 2ᵃ. v3 ꝙ si tibi deficiat aliqs sensus ꝙ tibi deficit aliqd orgaᵐ seqtur ex hac ꝑma videl3 ꝙ quale habes organum talem habes sensum ꝛ talia cognoscis sensibilia.

Alterius ex scdā ꝓpōne seqť tertia: q2 ex hac ꝓpōne scdā ꝙ si deficit tibi aliquis sensus ꝙ tibi deficiat aliqd organū: ꝑ locū a destructione ɔn̄tis: seqtur hec ꝓpō tertia. v3 ꝙ q2 nobis nō deficit aliqd organū. ḡ nec aliqs sensus. tria ḡ facit ꝑm ꝙ has tres ꝓpōnes declarat. nā p̄° ondit ꝙ q̄le habes organū talia sensibilia cog̈scis: ꝛ talē habes sensu3. 2° ex hoc infert ꝙ si tibi deficit aliqs sensus: ꝙ tibi deficiat aliqd organū. 3° ꝓbat ꝙ nobis nō deficit aliqd orgaᵐ ꝛ ꝑ ɔn̄s nec aliqs sensus: ꝛ tūc ut dicebať est ulteri⁹ arguēdū ꝙ si nobis nō deficit aliqs sensus: ꝛ nō hēmus nisi qnq3 sensus: nullus est sensus ꝑter qnq3. 2ᵃ ꝑs incipit ibi ⌊ Necesse siqdē. ⌋ 3ᵃ ibi ⌊ Et quecūq3 qdē. ⌋ Declarat ḡ ꝑmā ꝓpōne3. v3 ꝙ sensus ꝓportionanť organis: ut ꝙ si habes hoc organū cog̈scis hec sensibilia ꝛ habes hunc sensu3: ꝛ ꝙ q̄le habes organū talia cog̈scis sensibilia: ꝛ talē habes sensu3. qd declarat ꝑ sensum tactus dicēs: ꝙ si eni ois q̄litas cui⁹ est sensus tact⁹: sup. cog̈sciť ꝑ organū tact⁹: ꝛ ab hn̄te talē sensu3: ꝛ nūc sic se hēt ꝙ hēmus sensu3 tact⁹: oēs eni passiōes corpis tāgibilis inq̄3tū est tāgibile sunt nobis sensibiles tactu. i. ꝑ tactū. igiť si ois q̄litas tāgibilis cog̈sciť ꝑ organū tact⁹: ꝛ ab hn̄te talē sensum: ꝛ ēt si nos cog̈scimus oēs q̄litates tāgibiles ꝑ organū tact⁹: q2 hēmus hūc sensu3: op3 ꝙ idē sit iudiciū de q̄litatib⁹ tāgibilibus ꝛ de sensu ꝛ de organo tact⁹. ꝛ sicut idē est iudiciū de q̄litatib⁹ tāgibilib⁹ ꝛ de h̄ sensu ꝛ de h̄ organo: sic idē est iudiciū de alijs q̄litatib⁹ sēsibilib⁹: ꝛ de alijs sensib⁹: ꝛ de alijs organis. ꝑ ea ḡ que videm⁹ in sensu tact⁹ declarata est ꝓpō p̄ᵃ. v3 ꝙ q̄litates sēsibiles ꝛ organa ꝛ sensus

pportionanf adinuicē: qꝛ cogſcis has q̄litates ſenſibiles habes hoc organum ⁊ hunc ſenſum: ⁊ ꝙ quale habes organum tales qualitates ſenſibiles cognoſcis ⁊ talem habes ſenſum. ⌈Deinde cum dicit.

¶ Nec neqꝫ ſiquidē deficiat aliquis ſenſus: ⁊ organum nobis aliquod deficere.

¶ Proponit ꝑpōnē 2ᵃᵐ di. neceē eſt ſiqdē ꝙ ſi deficē aliqs ſēſus nob̄ ⁊ organū nob̄ aliqd deficē. ſequif ḡ hec ꝑpō ex pᵃ. nam ſi q̄le habes organū talia ſēſibilia cogſcis: ⁊ talē habes ſenſum: nō pōt eē ꝙ tibi deficiat aliqs ſēſus niſi tibi deficiat aliqd organū. ⌈Deinde cum dicit.

¶ Et quecūqꝫ qdē ipſi tāgentes ſentimus tactu ſenſibilia ſunt: quē exiſtim⁹ hn̄tes.

¶ Probat ꝙ nob̄ nō deficit aliqd organuꝫ: ex q̄ ſeqf. ut pꝫ ꝑ hita ꝙ nob̄ nō deficiat aliqs ſēſus. ¶ Ad c⁹ cui⁹ᵐ ſclēdū ꝙ aliq ſēſus ſentiūt ꝑ mediū itriſecū ſiue ꝑ meᵐ itraneū ut tact⁹: ⁊ ēt guſt⁹: qꝛ eſt qdā tact⁹. alij vō ſēs ſentiūt ꝑ meᵐ ex̄neū. duo ḡ facit. qꝛ pᵒ oñdit ꝙ nobis nō deficit aliqd organū. q̄ꝫtū ad ſēſus q ſentiūt ꝑ meᵐ itriſecū. 2ᵒ oñdit ꝙ nob̄ nō deficit aliqd organū q̄ꝫᵐ ad ſēſus q ſentiūt ꝑ meᵐ ex̄neū. nllo ḡ mō nob̄ deficē ſēſus. 2ᵃ ibi⌊Quecūqꝫ vō ꝑ meᵐ.⌋ dicit ḡ. ꝙ q̄cūqꝫ qdē ipſi tāgētes ſentim⁹ ſūt ſēſibilia tactu. i. ꝑ organū tact⁹: quē tactū uł qd organū tact⁹ exiſtim⁹ hn̄tes. qꝛ nō pōt nob̄ deficē organū ꝑ qd tactu cogſcim⁹. ¶ Notāᵐ ꝙ corpo ſo ꝙ tactu cogſcim⁹ aliq̄ ſenſibilia vult pħs ꝙ nos exiſtimus hn̄tes organū illud ꝑ qd tactu cogſcimus. nllo ḡ mō ſm ipm pōt nobis deficē organū: ꝑ qd cogſcim⁹ tāgēdo: ⁊ per qd cogſcimus per mediū intraneum.

Dubitaret forte aliqs de 9ñtijs q̄ h̄ iducunf in lr̄a. ⁊ pᵒ poſſet eē dubiū de hac 9ña q̄ ſupꝫ⁹ inuebaf. vꝫ ꝙ q cogſcit q̄litates tāgibiles: cuiuſmodi eſt ſēſus tact⁹: ꝙ ipē cogſcit eas ꝑ organum tact⁹: ⁊ ꝙ hēt h⁹ı ſenſuꝫ. vꝫ aūt h̄ eē falſū. nā ꝑ ſenſum cōeꝫ cogſcimus oīa oiuꝫ ſenſuū ꝑticulariū: ⁊ ꝑ itellm̄ cogſcimus q̄dditatē oiuꝫ ſēſibiliū: ſed ſi ꝑ ſenſū cōem q eſt diſtict⁹ ab oibus ſenſib⁹ ꝑticularib⁹ poſſum⁹ cogſcē oīa oiuꝫ ſenſuū ꝑticulariū: ⁊ ꝑ itellm̄ poſſum⁹ cogſcē oēm q̄dditatē: nō opꝫ ꝙ cogſcēs h̄ ſēſibilia ꝙ hēat huc ꝑticularē ſenſuꝫ: qꝛ poterit ea cogſcē ꝑ aliā vtutē ut ꝑ ſenſuꝫ cōeꝫ uł ꝑ itellm̄. ¶ Dōꝫ ꝙ ſēſus ꝑticulares exteriores ſunt ianua tota⁹ cognitiōis nr̄e. nā lꝫ ſēſus cois cogſcat oīa oiuꝫ ſenſuū ꝑticulariū: nūqꝫ tn̄ cogſcit ea niſi imutat⁹ ab exteriorib⁹ ſenſib⁹. cogſcit eni viſibilia ut imutaf a viſu. viſibilia eni pᵒ imutāt viſuꝫ: ⁊ imutādo viſū ꝑuenit h̄ imutatio uſqꝫ ad cōeꝫ ſenſū. cognitio ḡ ſēſus cois pſupponit cognitionē ꝑticulariū ſenſuuꝫ. cui ḡ deficit cognitio alic⁹ ꝑticularis ſēſus. oꝫ ꝙ ⁊ ſēſus cois ꝑuef cognitiōe illa. ſic ēt ⁊ itellc̄s nr̄ in ſuo pmordio eſt ſic̄ tabula raſa: in q̄ nihil eſt ſcriptū. qcqd igr̄ in itellectu recipif fit mediāte ſēſu: ꝑꝑ qd deficiēte aliq ſēſu neceē eſt ⁊ ſciaꝫ deficē que ꝑꝫ illū ſenſū eſt: ut di pᵒ poſter⁹. q̄re ſi cogſcim⁹ q̄litates viſibiles: opꝫ ꝙ hēam⁹ organū viſus ⁊ ſenſū viſus. qꝛ ⁊ ſi ꝑ ſenſū cōem poſſum⁹ cogſcē tales q̄litates: ⁊ ſi ꝑ itellm̄ cogſcē poſſum⁹ q̄dditatē taliū q̄litatū: nūqꝫ tn̄ h⁹ı cognitio ꝑuenire pōt ad ſenſū cōeꝫ uł ad itellm̄ uł ad aliquā aliā potētiā ſenſitiuā niſi mediāte viſu: ꝑꝑ qd bn̄ dcm̄ ē: ꝙ ſi cogſcim⁹ q̄litates tāgibiles uł aliq alia oīa alic⁹ ſēſus ꝑticlaris: opꝫ nos hr̄e organū illi⁹ ſēſus ⁊ etiā ſm illum.

Alterius forte dubitaret aliqs. utꝛ hn̄s aliqd organū alic⁹ ſēſus cogſcat oēs drīas ſēſibiles illi⁹ ſēſus. ⁊ vꝫ ꝙ nō. qꝛ multa aīalia hn̄t ſenſū viſus: q̄ nō cogſcūt oēs drīas viſibiles: ut pꝫ in piſcib⁹ qui nō cogſcūt niſi excellētias ſēſibiliū. ⁊ ēt multa hn̄t ſenſū odorat⁹ que nō cogſcūt oēs drīas odorabiliū. ut pꝫ in hoib⁹ q nō odorāt niſi cū triſtitia ⁊ letitia: ⁊ nō ꝑcipiūt niſi odoꝝ excellētias. ¶ Dōm ꝙ hic locū hēt duplex diſtictio: vna ex ꝑte organi ⁊ alia ex ꝑte cognitiōis drīaꝝ ſenſibiliū. nā organū ſēſus pōt dupłr 9ſiderari. vno mō ut eſt bn̄ diſpoſitū. alio mō ut male. ſic ēt cognoſcere oēs drīas ſenſibiles dupłr pōt itelligi. pᵒ in ſe. 2ᵒ in ſuis excellētijs. organuꝫ ḡ alicui⁹ ſenſus bn̄ diſpoſitū pōt cognoſcere oēs drīas illius ſenſus in ſe. ſi aūt nō ſit bn̄ diſpoſitum nō poterit oēs h⁹ drīas cognoſcere in ſe: ſed in ſuis excellentijs.

Alterius dubitaret forte aliqs. vñ ſeqf h̄ 9ña ꝙ nō pōt nobis deficē organū reſpectu illoꝝ ſēſibiliū que ſūt apta nata cogſci ꝑ mediuꝫ intraneū. ¶ Dōm ꝙ mediū in tali cognitiōe eſt ꝑs nr̄i. nō ḡ pōt eē ꝙ nob̄ deficiat tale mediū: qꝛ tūc nob̄ deficeret aliqd qd eſt de ſbā nr̄a: ⁊ ſi nob̄ nō deficit mediuꝫ nec organū: qꝛ organū in nob̄ eſt ꝑportionatū medio. Rurſus mediū eſt ꝑꝑ ipm organuꝫ. ocioſe ḡ ageret nā ⁊ deficeret in nec̄ijs ſi dediſſet nob̄ mediū: ⁊ nō dediſſet nob̄ organū: ad qd tale mediū ordiaf. vult ḡ pħs dicē: ꝙ corpo ꝙ tāgētes ſentim⁹ aliq̄ ſēſibilia exiſtim⁹ hn̄tes h⁹ı ſenſuꝫ ⁊ h⁹ı organū q̄ ſentib⁹ ea: qꝛ cū mediuꝫ in tali ſēſu ſit ꝑs nr̄i: nō pōt nob̄ deficē tale mediū. ⁊ ꝑ 9ñs nec organū qd eſt ꝑportiōatū medio: ⁊ ad qd mediū ordinaf hoī. ḡ ⁊ ulr̄ oib⁹ aīalib⁹ ꝑfectis nō pōt deficē aliqd organū: ⁊ ꝑ 9ñs nec aliqs ſēſus q̄ ſentimus ꝑ mediuꝫ inatum uel intraneum. ⌈Deinde cum dicit.

¶ Quecūqꝫ vō ꝑ media: ⁊ nō ipa tāgētes ſimplicib⁹. Dico āt ut aē: ⁊ aq̄: hn̄t aūt ſic: ut ſiqdē per vnū ꝑła ſēſibilia exn̄tia: altera abinuicē gn̄e: neceē hn̄tē h⁹ ſēſitiuū utrorūqꝫ ſēſitiuū eē: ut ſi ex aē eſt ſēſitiuū: ⁊ eſt aer mediū ſoni ⁊ coloris. Si vō ꝑła eiuſdeꝫ ſint ut coloris: ⁊ aer: ⁊ aq̄. utraqꝫ eni diaphana: ⁊ qd alteꝝ ipoꝝ eſt hn̄s ſonuꝫ. Sētit id qd per utraqꝫ: aut qd ab ambobus.

